

ἄνευ ἰδρωτός ἄρτον οὐκ ἐσθίει, ἡμεῖς ἄνευ καμάτων καὶ ἰδρώτων πῶς βασιλείαν οὐρανῶν λάβοιμεν; "Εως, φησί, τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης. "Ω ἀποφάσεως! ὦ φόβου γέμοντος φιλανθρωπίας! ὦ ἀπόφασις γέμουσα ἀνακλήσεως! Οὐδέπω ἐξιώρισε, καὶ ἀνεκαλέσατο· οὐδέπω ἐξέβαλε, καὶ προσελάβετο. "Εως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης. Οὐκ εἶπεν, "Εως ἂν ἀφανισθῇς, ἕως ἂν λυθῇς, ἀλλ', "Εως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ἵνα ὑποθῇς σεαυτῷ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Πέμπω σε ἐκεῖ, ὅθεν σε ἔλαβον· ὡς ἔλαβόν σε τότε, δύναμαι καὶ πάλιν σε λαβεῖν. "Οτι γῆ εἶ,

καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Οὐν ἀφανισθῇς, ἀλλ' ἀπελεύσῃ. Τὸ 'Απελεύσῃ, 'Επανελεύσῃ τινὲς ἡρμήνευσαν. "Οσον οὖν ἦκεν εἰς δύναμιν ἡμετέραν, τῇ χορηγίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διήλθομεν τὸν παράδεισον μεθ' ὑμῶν, ἀνέγνωμεν τὰ ὑπομνήματα τὰ βασιλικὰ, εἶδομεν τῶν ὑπευθύνων τὴν ἐλευθερίαν, τοῦ δικαστοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, δι' ἧς δεξώμεθα καὶ τὴν παρὰ τοῦ Χριστοῦ [511] σωτηρίαν, ἵνα καὶ τῶν ἐπουρανίων ἐκεῖνων καὶ αἰωνίων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD HOMILIAM DE SERPENTE.

cujus eloquentia, ut loquitur Savilius, ferrea dici possit. Inventione certe non caret ille : sed persæpe accidit, ut futilia inveniat et expromat. Dictio autem elegans non est; ut uno verbo dicam, stylus hujusce longissimæ homiliæ sex homiliarum præcedentium stylo ita affinis est, ut non sit ovum ovo similis.

interpretationem Latinam novam adornavimus.

Λόγος περὶ τοῦ κατὰ Μωϋσέως ὄφεως, ὃν ἐσταύρωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ περὶ τῆς θείας Τριάδος.

α'. Χθὲς ἡμῖν ὁ λόγος πρὸς τε τὴν αἵρετικὴν πάλιν, καὶ πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς ἀγῶνας ἑαυτὸν ἐπιδέδωκεν, οὐχ ἵνα τὰ κεκρυμμένα γνωρίσῃ, ἀλλ' ἵνα τὴν χάριν εὐγνωμόνως ὁμολογήσῃ. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν φθεγγόμεθα Χριστὸς μεγαλύνεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐμεγαλύνθημεν, εὐγνωμόνως τὴν εὐεργεσίαν κηρύττομεν. Καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, ἔργοις εὐπαθοῦντας, ἀφωνία τὴν εὐεργεσίαν ἀμελίσσασθαι· καὶ μάλιστα τοῦ προφήτου Δαυὶδ παρακελευομένου, καὶ λέγοντος, ὡς ἀρτίως ἀκηκόατε· Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, καὶ ψαλλάτωσάν σοι. Ὑμνοῦμεν τὸν Θεόν, σὺ τιμὴν αὐτῷ περιτιθέντες, ἀλλὰ τιμὴν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι. Δοξάζομεν τὸν Θεόν, οὐκ ἐκεῖνον δόξαν χαριζόμενοι, ἀλλ' ἑαυτοὺς τὴν ἀθάνατον δόξαν ἐνδύοντες· τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με, φησί, δοξάσω· καὶ οἱ ἐξουθενούμενός με ἐξουθενωθήσονται. Ἐδίδαξεν ὁ λόγος δι' ὧν ἡγωνίσαστο κατὰ δύναμιν, ὅτι τοὺς ὄρους τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ὑπερβαίνειν οὐκ ἐξεστίν, οὐκ ἀνθρώποις τοῖς ἐπὶ γῆς, οὐκ ἀγγέλοις τοῖς ἐν οὐρανοῖς, οὐκ ἀρχαγγέλοις, οὐκ ἀρχαῖς, οὐ τοῖς Χερουβίμ, οὐ τοῖς Σεραφίμ. Καὶ μέμνησθε, εὖ οἶδ' ὅτι, οἱ φιλόμαθεῖς τῶν ἀκροατῶν, ὅπως ἡμῖν ὁ περὶ τούτων διτηνύσθη λόγος. Ἀλλ' ἐπειδὴ σήμερον, ἀδελφοί, αὐτός τε ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν προαναφώνησε, [512] καὶ ὁ Ἀπόστολος τῇ βασιλικῇ φωνῇ τοῦ Σωτῆρος ἀκολουθήσας, τὸν περὶ τοῦ σταυροῦ λόγον ἐφιλοσόφησεν· (ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδεται εἰς χεῖρας

ἐχθρῶν· ὁ δὲ Παῦλος Γαλάταις ἐπιτιμῶν ἔγραφε· Τίς ὑμᾶς ἐβάσκαθεν, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς ποιεῖται ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος;) ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ βασιλικὴ τοῦ Κυρίου φωνή, καὶ ἡ τοῦ πιστοῦ θεράπωντος διδασκαλία τοῖς βασιλικοῖς ἔχνεσιν ἡκολούθησεν· ἀναγκαῖον οἶμαι τὴν σωτήριον * καὶ ἡμᾶς κατὰ δύναμιν περὶ τοῦ Κυριακοῦ σταυροῦ τὰ εἰκότα φθέγγεσθαι, οὐχ ἵνα τῆς ἀξίας ἐφικώμεθα, ἀλλ' ἵνα τὴν κατὰ δύναμιν ὀφειλὴν ἀποτίσωμεν. Τί οὖν φησιν ὁ Σωτὴρ; Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδεται. Προαγορεύει τὸ πάθος ὁ νικητὴς τοῦ θανάτου· προαναφωνεῖ τὸν σταυρὸν ὁ σταυρῷ τὸν θάνατον διαλύων· προαναφωνεῖ τὴν πάλιν, ἵνα κηρύξῃ τὴν νίκην. Ἐνταῦθα πάλιν σαυτὸν ἐνθεῖς εἰς κατανόησιν τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς. "Ορα μεθ' ὅσης αὐθεντίας φησίν· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδεται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Ὁ ταῦτα προαναφωνῶν, ἐν αὐτῷ γενόμενος τῷ ἀγῶνι μεταβάλλει τὴν ἀξίαν τῆς αὐθεντίας, καὶ ἀρνεῖται τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος αὐτοῦ, λέγων· Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον. Οὐχ ὁρᾷς τὴν διαφωνίαν; Ἐννόει τὴν οἰκονομίαν. Ἀλλ' εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδεται. "Ορα πῶς ἡσφαλισμένη κέχρηται τῇ φωνῇ. "Οπου πάθος κηρύττει, τὴν ἀνθρωπίνην ἐνδείκνυται

* Locus imperfectus etiam in mss. Forte addendum ἀκούσαντας φωνήν, vel quid simile.

φύσιν. Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. Πάσχει γὰρ τὸ φαινόμενον σῶμα, ζωοποιεῖ δὲ τὸ νοούμενον τῆς θεότητος ἀξίωμα. Καὶ λύεται μὲν, ἀδελφοί, θανάτῳ τὸ σχῆμα τοῦ σώματος· ἐγείρει δὲ τὸ λυόμενον ἢ τοῦ ἐνοικοῦντος δύναμις. Αὐτὸς ἦν ὁ λυόμενος κατὰ τὸ σῶμα, αὐτὸς ἐγείρων τὸ λυόμενον κατὰ τὸ Πνεῦμα. *Λύσατε γὰρ, φησί, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ἴδου ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα.* Χριστῷ ἀκολουθοῦντας οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ κατελθεῖν, ἀλλ' ἀνιέναι διὰ παντός. Ἄλλως τε καὶ αἰσθητῶς ἢ ὁδὸς ἀπὸ Ἱεριχὼ εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνοδὸν εἶχε, καὶ νεκρῶς τὸ πάθος ἐπὶ τὴν ἀνοδὸν τῆς ἀναστάσεως ἔφερεν. Ἀδάμ γὰρ τὸν εἰς ἄδου πεσόντα εἰς οὐρανὸν ἀνεκαλεῖτο, καὶ τὴν χαμαὶ κειμένην εἰκόνα εἰς ὕψος ἀνήγαγεν. *Ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα.* Ὅπου Θεὸς, ἐκεῖ ἀρετῆς ἀνάβασις· ὅπου κακία, ἐκεῖ παρανομίας κατάβασις. Διὰ τοῦτο περὶ μὲν τῶν κατ' ἀρετὴν πολιτευομένων φησὶν ὁ Δαυῖδ· *Μακάριοι πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου· εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε. Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἔστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ· αἱ ἀναβάσεις σου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Αἱ ἀναβάσεις σου, τουτέστιν, οἱ εὐσεβεῖς καὶ ἀνηγμένοι λογισμοί, οἱ εἰς ὕψος ἀνάγοντες τοὺς καλῶς περὶ Θεοῦ διανοομένους.* Ἔστιν οὖν ὁδὸς [513] σωφροσύνης εἰς ὕψος ἀνάγουσα, ὁδὸς δικαιοσύνης εἰς ὕψος φέρουσα· καὶ πάντα, ὡς εἰπεῖν, ὁδὸς εὐσεβείας εἰς τὸ ὕψος ἐκεῖνο χειραγωγεῖ τὸν φιλόθεον, περὶ οὗ ἔλεγον οἱ ἀπὸ ἐθνῶν· *Δεῦτε, πορευθῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.* Ὅπου μὲν εὐσεβείας λόγος, ἐκεῖ καὶ ἀνοδὸς^α· ὅπου δὲ κακία, κατάβασις ὁμολογούμενη. Καὶ μαρτυρεῖ Δαυῖδ ὁ προφήτης λέγων· *Ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν καταδαινόντων εἰς λάκκον· καὶ πάλιν, Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.* Ὡς οὐδὲ τὸ, *Ἀναβαίνομεν*, περιττόν. Ἴδου ἀναβαίνομεν. Καίτοι μόνος αὐτὸς ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται. Διὰ τί οὖν κοινῶς; *Ἀναβαίνομεν*; Ὅτι τὸ μὲν πάθος ἐμὸν, κοινὴ δὲ πάντων ἀνθρώπων ἡ σωτηρία. Διὰ τοῦτο ὁ θεὸς Ἀπόστολος τὴν γενναίαν ἐκείνην καὶ θαύματος μεστὴν ἐρῶν φωνὴν ὡς ἀρτίως ἀκηκόατε· *Τῷ Χριστῷ συνεσταύρωμαι.* Ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ἄλλως τε, βουληθεὶς ἐνδείξασθαι καὶ τὸν καρπὸν τοῦ σταυροῦ, ἐπήγαγεν εὐθέως διὰ τῶν ἐφεξῆς· *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμώμενος ἐπὶ ξύλου.*

β'. Ἐνταῦθά μοι πρόσεχε ἀκριδῶς τὸν νοῦν, μή σε διαφύγῃ τῆς ἀληθείας τὸ θήραμα. Ἀντιλέξουσι γὰρ εὐθέως Ἰουδαῖοι, περὶ ὧν φησὶν ὁ Παῦλος, *Οἱ ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, καὶ ἐροῦσιν ἔσθ' ὅτε πρὸς τοὺς ἀκεραίους·* Εἰ ἐπικατάρατος ὁ κρεμώμενος, πῶς ἀπὸ τοῦ ἐπικαταράτου εὐλογίαν σοι δοθήσεται προσδοκᾷ; πῶς δὲ ἀπὸ τοῦ θανάτῳ ὑποπεσόντος ζωὴν ἀναμένεις; Τὸ φαινόμενον, ὡς καὶ αὐτὸς φησὶν^β ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Παῦλος, ὡμολόγησε, *κατάρα ἐστὶ· Γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος ὁ κρεμώμενος ἐπὶ ξύλου.* Εἰ τοίνυν γέγραπται καὶ μεμαρτύρηται, πῶς ἀπὸ τοῦ ἐπικαταράτου εὐλογία δίδεται τοῖς τὸν σταυρὸν περιέπουσι; Ταῦτα ἀεὶ καὶ προτείνει καὶ λέγει Ἰουδαῖος, ὁ ἐχθρὸς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ οὖν ἐὰν εἴπῃ πρὸς σέ, Πῶς ὁ ἐπικατάρατος εὐλογίαν δίδωσιν; εἰπέ αὐτῷ, Πῶς ἐν τῇ ἐρήμῳ

οἱ ὄφεις ἔδακνόν σου τοὺς προγόνους, εἰκόνα δὲ ὄφειος χαλκῆν ποιήσας Μωϋσῆς ἀνασταύρωσε, καὶ εἶπε, *Πᾶς ὁ δηχθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄφειος προσεχέτω τῷ ὄφει, καὶ σωθήσεται;* Καὶ τί, φησὶ, τοῦτο πρὸς τὸ προκειμένον; Ἀλλὰ καὶ σφόδρα οἰκειότατον. Ἡ οὐκ ἤκουσας τοῦ Θεοῦ λέγοντος, *Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῆς γῆς;* Πῶς οὖν ἡ εἰκὼν τοῦ ἐπικαταράτου ζωὴν ἤνεγκε τοῖς ὑμετέροις προγόνους; Ἀναλαμβάνω τὸ ῥῆμα, ἵνα στήσω τὸ νόημα. Εἰ ἄπορόν σοι νομίζεται τοῦ ἐπικαταράτου^γ εὐλογίαν πηγάζει (Ἐπικατάρατος γὰρ πᾶς ὁ κρεμώμενος ἐπὶ ξύλου), πῶς ἡ εἰκὼν τοῦ ὄφειος τοῦ ἐπικαταράτου, ὃς ἤκουσεν, *Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων*, ἤνεγκε τῷ λαῷ ἐν συμφορᾷ κειμένῳ τὴν σωτηρίαν; Ἄρα οὐκ ἦν ἀξιοπιστότερον εἰπεῖν, Ἐάν τις ὑμῶν δηχθῇ, ἀναβλέψῃ εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ σωθήσεται; ἵνα δὲ καὶ τὸ προσέχειν οὐρανῷ παραλ[ε]ίπῃ, [514] οὐκ ἡδύνατο εἰπεῖν, Ἐάν τις δηχθῇ, ἀποβλέψῃ εἰς τὴν λυχνίαν τοῦ φωτός, καὶ σωθήσεται; ἢ ἀποβλέψῃ εἰς τὴν τράπεζαν τῆς προθέσεως τῶν ἁγίων ἄρτων, καὶ σωθήσεται; ἢ εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ εἰς τὸ καταπέτασμα, ἢ εἰς τὴν κιβωτὸν, ἢ εἰς τὴν εἰκόνα τῶν Χερουδīm, ἢ εἰς τὸ ἱλαστήριον; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἰσήγαγεν ὁ νομοθέτης ὁ μέγας· ἀλλὰ μόνην ἔπηξε τοῦ σταυροῦ τὴν εἰκόνα, καὶ ταύτην διὰ τοῦ ἐπικαταράτου ὄφειος. Διὰ τί οὖν, ὦ Ἰουδαῖε, ταῦτα ποιεῖ Μωϋσῆς; διὰ τί χωνεύει ὄφιν ὁ λέγων διὰ τοῦ νόμου, *Οὐ ποιήσεις γλυπτὸν, οὐδὲ χωνευτὸν;* Ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὸν ἀγνώμονα φθέγγομαι; Αὐτὸν ἐρωτῶ τὸν νομοθέτην· Εἰπέ μοι, ὦ πιστότατε τοῦ Θεοῦ θεράπων, ὃ ἀπαγορεύεις, ποιεῖς; ὃ ἀνατρέπεις, παρασκευάζεις; ὁ λέγων, *Οὐ ποιήσεις γλυπτὸν, οὐδὲ χωνευτὸν*, σὺ χωνεύεις καὶ γλύφεις ὄφιν; Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐνομοθετήσα, φησὶν, ἵνα τὰς ὕλας ἐκκόψῃ τῆς ἀσεβείας, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀπαγάγῃ πάσης εἰδωλολατρείας· νυνὶ δὲ χωνεύω τὸν ὄφιν, ἵνα προτυπώσω τὴν εἰκόνα τῆς τοῦ σταυροῦ οἰκονομίας· προμαλίζω τὸν ὁρόμον τοῖς ἀποστόλοις· προγυμνάζω τὸ μέγα καὶ ξένον ἐκεῖνο τὸ τοῦ σταυροῦ σύμβολον. Ὅτι δὲ οὐ βεβιασμένος ὁ λόγος, ἄκουε τοῦ Κυρίου τὴν εἰκόνα τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην βεβαιούντος, καὶ εἰς ἐαυτὸν ἀναλαμβάνοντος. Νικοδήμῳ γάρ τινι Ἰουδαίῳ ἄρχοντι διαλεγόμενος, ὡς διδασκάλῳ τοῦ λαοῦ καὶ συνιέναι δυναμένῳ τῆς οἰκονομίας τὴν θεωρίαν, φησὶ· *Καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτω δεῖ ὑψωθῆναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.* Εἰπέ οὖν, ὦ ἀναίσθητε Ἰουδαῖε, οὐ χαλκὸς ἐκεῖνο ἦν; Νεκρὰ ὕλη νικῆσαι θάνατον ἰσχύουσα^δ, τύπον ἔχουσα σταυροῦ· καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια τοῦ σταυροῦ οὐ πιστεύεται; καὶ ταῦτα μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν τῆς οἰκουμένης, μετὰ τὴν λάμψασαν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῆς εὐσεβείας κατάστασιν, μετὰ τὴν πίστιν τῶν ἐθνῶν, μετὰ τὴν ἔγερσιν τῶν Ἐκκλησιῶν, μετὰ τοσοῦτον ἀγωνισμὸν, μετὰ τοσαύτην ἀσκησιν, μετὰ τοσαύτην ἀγγελικῆς πολιτείας ἐπίδοσιν; Ἀλλὰ γὰρ ἀποδείκνυται σαφῶς, ὅπως ἀποκέκλεισται τοῖς ἐχθροῖς τοῦ σταυροῦ τὸ ὀνειδίζειν ἡμῖν τὸ σχῆμα τοῦ ἐπικαταράτου. Καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους ταῦτα· ἡμεῖς δὲ οἱ πιστοὶ παρ' ἐαυτοῖς ἐξετάσωμεν, καὶ βασανίσωμεν τῶν ῥημάτων τὴν ἀκρίβειαν. Τί δήποτε ὁ Κύριος τὴν εἰκόνα τῆς οἰκονομίας ἐκείνης οὐ δι' ἐτέρου τινὸς, ἀλλὰ δι' ὄφειος ἐποίησε; Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἐναντίων ἱκανὸν τὸ ὑπό-

^γ Legendum putat Fronto cum Savillio ἀπὸ τοῦ ἐπικατ. Sed lectio, ut est, ferri posse videtur.

^δ Sav. ἰσχυσε.

^α Reg. ὅπου μὲν ἀληθείας λόγος, ἐκεῖ καὶ εὐσεβείας ἀνοδός.

^β Αὐτ' φησὶν, αὐτ' ὡμολόγησε delendum.

erat qui corpore solvebatur, et qui secundum Spiritum quod solutum erat excitabat. Nam ait, *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (Joan. 2. 19). *Ecce ascendimus Jerosolymam*. Christum sequentium non est unquam descendere, sed ascendere perpetuo. Alioquin vero via Jerichunte Jerosolymam acclivis erat, modo sensibili loquendo, et intelligendi modo passio ad ascensum resurrectionis ducebat. Adamum enim in infernum delapsum in cælum revocabat, et humi jacentem imaginem in sublime efferebat. *Ascendimus Jerosolymam*. Ubi Deus, ibi et virtutis ascensus; ubi malitia, ibi iniquitatis descensus. Ideo David de iis qui secundum virtutem vivunt ait: « Beati omnes, qui habitant in domo tua: in sæcula sæculorum laudabunt te. Beatus vir cujus est auxilium abs te: ascensiones tuæ in corde ejus » (Psal. 83. 5. 6). *Ascensiones tuæ*, hoc est, piæ illæ et in altum evectæ ratiocinationes, quæ in sublime agunt eos, qui recte de Deo cogitant. Est ergo temperantiæ via in sublime erigens, via justitiæ in altum ducens: omnisque, ut ita dicam, pietatis via Dei amantem in altum adducit, de quo dicebant gentiles: *Venite, proficiscamur ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob* (Mich. 4. 2). Ubi pietatis doctrina, ibi ascensus est¹: ubi vero malitia, ibi plane descensus. Id testificatur David propheta dicens: *Libera me a descendantibus in lacum* (Psal. 29. 4); et rursus, *Qui exaltas me de portis mortis* (Psal. 9. 15). Itaque illud, *Ascendimus*, non frustra dictum est. *Ecce ascendimus*. Atqui solus ad passionem venit. Cur ergo in communi ait, *Ascendimus*? Quia passio quidem mea, salus vero omnium hominum communis est. Ideo divinus apostolus in generosam illam et miraculi plenam erupit vocem, ut modo audistis: *Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus* (Gal. 2. 19. 20). Alioquin, cum vellet fructum crucis ostendere, subjecit statim in sequentibus: *Christus nos redemit a maledicto legis, factus pro nobis maledictum* (Gal. 3. 13): *scriptum est enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno* (Deut. 21. 23).

2. Illic mihi diligenter animadvertite, ne abs te veritatis perceptio elabatur. Contradicent enim statim Judæi, de quibus ait Paulus, *Inimici crucis Christi, quorum finis interitus* (Philipp. 3. 18. 19), et statim simplicibus objicient: Si maledictus qui pendet, quomodo a maledicto tibi benedictionem impertiri expectas? quomodo ab eo, qui in mortem cecidit, vitam speras? Id quod apparet, ut ipse doctor noster Paulus confitetur, maledictum est: *Scriptum est enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno* (Gal. 3. 13. Deut. 21. 23). Si itaque scriptum est et testimonio firmatum, quomodo benedictio a maledicto datur crucis cultoribus? Hæc semper dicit et objicit Judæus, inimicus crucis Christi. Si itaque Judæus tibi dixerit, Quomodo maledictus dat benedictionem? dic illi, Quomodo in deserto serpentes mordebant progenitores tuos; Moyses autem imagine serpentis facta, et in cruce suspensa, dicit, *Quicumque a serpente morsus fuerit, serpentem*

¹ Reg., *Ubi veritatis doctrina, ibi etiam pietatis est progressus.*

respiciat, et salvus erit (Num. 21. 8)? Sed ait, quid hoc ad rem? Sane multum ad rem pertinet. Annon audisti Deum dicentem, *Maledictus tu præ omnibus bestiis terræ* (Gen. 3. 14)? Quomodo igitur maledicti imago vitam attulit progenitoribus vestris? Dictum repeto, ut sententiam firmitus statuam. Si quidem difficile tibi videatur ex maledicto benedictionem emanare (*Maledictus enim omnis qui pendet in ligno*), quomodo imago serpentis maledicti, qui audivit, *Maledictus tu præ omnibus bestiis*, populo in calamitate constituto benedictionem attulit? Annon fide dignius fuisset dicere, Si quis ex vobis morsus fuerit, respiciat in cælum ad Deum, et sanabitur? vel dimisso cæli aspectu, annon poterat dicere, Si quis morsus fuerit, respiciat in candelabrum luminis, et salvus erit? aut respiciat in mensam propositionis sanctorum panum, et salvus erit? aut in altare, aut in velum, aut in arcem, sive in imaginem Cherubinorum, vel in propitiatorium? At nihil eorum adduxit legislator magnus; verum unam crucis imaginem erexit, et hanc per maledictum serpentem. Cur ergo, Judæe, Moyses hæc facit? cur serpentem conflat, qui per legem dixerat, *Non facies sculptile, neque fusile* (Levit. 26. 1)? Sed cur hæc ingrato loquor? Ipsum legislatorem interrogo: Dic mihi, fidelissime Dei famule, an id facis quod prohibes? an quod reprobas, id operaris? qui dicis, *Non facies sculptile, neque fusile*, fundis et sculpis serpentem? Verum dicet: Illas tui leges, ut omnem impietatis materiam excinderem, et hunc populum a quovis idolorum cultu averterem; nunc autem serpentem conflo, ut imaginem dispensationis crucis præfigurem, viam per quam apostoli decurrant complanans, signum illius crucis magnum inauditumque longe antea adhibeo. Quod autem hæc explicatio non detorta sit, audi Dominum, qui veterem illam imaginem confirmat ac de seipso interpretatur. Nicodemum enim alloquens ut populi doctorem, virum apud Judæos præcipuum, qui posset œconomiam intelligere, ait: « Et sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam » (Joan. 3. 14. 15). Dic igitur, o stupide Judæe, an non res erat illud? Mortua materies mortem vincere possit, figuram crucis habens, et ipsa crucis veritas non creditur? et hæc post conversionem orbis terræ, post constitutam in toto orbe pietatem, postquam gentiles crediderunt, post excitas Ecclesias, post tanta certamina, post tantam virtutum exercitationem, post tantam angelici instituti accessionem? Sane luculenter demonstratum est, omnem adversariis crucis aditum præclusum esse, ad exprobrandam nobis figuram maledicti. Et adversus illos quidem hæc satis sint: nos autem fideles nobiscum expendamus, et exploremus verborum accurationem. Cur Dominus imaginem illius œconomix non per alium, sed per serpentem præsignificat? Ad certamina cum adversariis suscipienda exemplar illius maledicti serpentis satis est: verum jam persuadendum iis, qui filii pietatis sunt, quo pacto figura illius maledicti serpentis imago sue-

rit Christi, qui adoratur. Quocirca id nos accurate explicare, et vos studiose audire par est.

3. Figura serpentis, fratres, imago erat œconomiae crucis. Quod autem ad modum attinet, sicut illa serpentis figura imaginem quidem et speciem serpentis præ se ferebat, venenum autem nequitiamque serpentis non habebat: sic et Servator, secundum divinum apostolum, in similitudine carnis peccati apparens, extra omne peccatum fuit; sicut et beatus Isaias, cum beato Paulo (a) consonans, ait: *Qui peccatum non fecit; nec inventus est dolus in ore ejus* (Isai. 53. 9; 1. Pet. 2. 22). Secundum Isaiam imaginem unam habes: ad alteram accede. Contuere veritatem per figuras splendentem. Serpentes mordebant filios Israel, quando populus in perniciem ruit. Petit Moyses a Deo ut medicinam salutarem præberet. Deus famulo medicinam beneficam commonstrat, et ait: *Fac serpentem æneum, illumque erige ante tabernaculum testimonii* (Num. 21. 8). Quid sibi vult hoc signum? Alii sunt mordentes serpentes, et alius pro illis crucifigitur. Quid significat ænigma? quid præ se fert umbra illa mysterii? Quemadmodum illic in figura aliis mordentibus serpentibus, alius qui non momorderat cruci affixus est: sic aliis peccantibus hominibus pro omnibus passurus est innocens Jesus. Pro serpentibus, qui mordebant, serpens innoxius crucifigitur; pro nobis, qui morti subijcitur, is, qui morti non subjectus fuit, crucifigitur. Quod præclare cum aliis Isaias prædixit in hunc modum: *Pro peccatis populi venit in mortem; et, Dominus tradidit seipsum pro peccatis nostris* (Isai. 53. 12. 6). Testimonio confirmanda iterum est mysterii ratio. Quemadmodum illic alii serpentes erant, qui mordebant, alius qui suffigebatur: ita et hic omnes peccaverant, et unus pro omnibus crucifigitur. Habes secundam; sed et tertiam imaginem considera. *In ore duorum vel trium testium, stabit omne verbum* (Deut. 19. 15). Quare crucifigitur serpens æneus? Ut aboleantur morsus serpentium. Aliud ergo est quod in crucem tollitur, et alia quæ abolentur. Annon significationem veritatis animadvertis? annon quasi sub involucri Scripturæ vim œconomiae perspicis? Sublatus in crucem est, inquit, æneus serpens, ut abolerentur morsus draconum; crucifixus est Christus, ut dæmonum operationes cessarent. Alius est serpens ille qui erigitur, alii qui comprimuntur dracones; alius qui cruci affixus est Christus, et alii qui abolentur dæmones. Et quemadmodum illic imago serpentis, qui apparebat, morsus serpentium abolevit, ita et hic mors Christi mortem sustulit, et dæmonas profligavit. Merito itaque Servator imaginem sibi adaptans dixit: *Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam* (Joan. 3. 14. 15). Habes, mi frater, beatum Moysem alia figura crucem subindicantem; quo autem pacto, audi. Eos enim, qui de cruce loquuntur, multas mysterii contemplationes in medium afferre oportet. Israelitis in deserto

(a) Juxta savil. legendum est, *Petro*, et reipsa, apud Petrum verba laudata leguntur.

bellum intulere alienigenæ quidam, Amalecitarum dicti. Moyses autem Jesum Nave, populi ducem, et successorem suum, armatum proficisci jubet, ipso interea in monte manibus expansis manente. Nam ait Scriptura: *Moyses ascendit in montem, et expandit manus suas. Et factum est, cum extenderet manus, vincebat Israel; et cum dimitteret a corporea gravitate victus, vincebat Amalec* (Exod. 17. 11). Quid sibi vult hæc figura? Judæus statim metuens, ne per imaginem gloria crucis Christi effulgeat, ait, Nihil hæc figura pertinet ad ea, quæ tu fabularis. Precationis figura erat illa forma, non imaginis, prout tu opinaris. Quod si ita est, si vere victoria illa fructus precationis fuit, cur Scriptura non precationi victoriam adscripsit (non enim ait Scriptura: Cum precaretur Moyses: illud enim vere significat, victoriam non fuisse precationis fructum), sed adscribit imagini figuræque manuum? Cum enim manus demitteret Moyses, superabatur Israel; cum expanderet, profligabatur Amalec. Nam si id precationi adscribendum erat, dicere oportuisset: Et cum precabatur Moyses, vincebat. Sed, ut dixi, precatione omissa, non quidem ut inutili, sed ut quæ imagini crucis cedere deberet, figuræ et signo victoriam adscribit. Quando enim Moyses expandebat manus, vincebat Israel. Quid sibi vult expansa manus? Depinge tibi manus expansas, ut splendentem adorandæ Crucis imaginem videas. Verum defatigatus est, inquit Scriptura, Moyses; neque enim manus corporea gravitate victæ illam imaginem sustinere poterant. Quid ergo? Ne, soluta imagine, victoria quoque amitteretur, sustinent Aaron et Or, allevantque manus ejus, ne, evanescente imagine, victoria quoque elaberetur. Cur omnino Aaron et Or manus suffulciunt? Aaron, fratres, sacerdotali munere fungebatur; Or vero regie tribus cognationem habebat. Itaque imaginem crucis sacerdotium et regnum instar satellitum stipant. Ac quemadmodum cum transfiguraretur Dominus in monte, visi sunt Moyses et Elias a dextris et a sinistris, ut regiam Christi imaginem quasi satellites stiparent: sic etiam hic Aaron sacerdotii ordinem obtinens cruci adstat, et similiter Or primum regie dignitatis florem habens crucem stipat. Hæc a me dicta sunt, ut ostendam, quomodo priscis illis patribus pietatis imago fuerit proposita, necnon quam honorata ab illis fuerit œconomiae figura. Si autem illi qui prænuntiabant, tanta cum laude illam prædicarunt, et cum tanto honore præsignificarunt: quo ore nos Domini crucem divinamque illam œconomiam convenit celebrare? Non ignoro vos magno desiderio teneri talium orationum, quibus sacræ theologiæ dogmata explicantur: at quæ nunc dicta sunt illis sunt affinia. Ejusdem enim animi est et crucem prædicare, et unigenitum Deum Verbum laudibus extollere. Quamobrem sive divinitatem Unigeniti celebres, sive ejus œconomiam honores, una eademque est pietatis demonstratio.

4. Cæterum quando crucem, quando corporis œconomiam audis, mentem erige ad sublimitatem potestatis Unigeniti. Ne illa figura, quæ hic tui causa fa-

δειγμα τοῦ ἐπικαταράτου ὄψεως· πρὸς δὲ τὸ πείσαι τοὺς υἱοὺς τῆς εὐσεβείας, τί δὴποτε τὸ σχῆμα τοῦ ἐπικαταράτου ὄψεως εἰκὼν ἐγένετο τοῦ προσκυνουμένου Χριστοῦ. Διὸ δεῖ καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν μετὰ σπουδῆς, καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαι μετὰ προθυμίας.

γ'. Εἰκὼν ἦν, ἀδελφοί, τῆς τοῦ σταυροῦ οἰκονομίας ὁ τύπος τοῦ ὄψεως. Κατὰ δὲ τὸν τρόπον, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ τύπος τοῦ ὄψεως εἰκόνα μὲν καὶ ὄψιν, εἶχεν ὄψεως, ἴδον δὲ καὶ πονηρίαν οὐκ εἶχεν ὄψεως· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ, [515] κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἐπιφανείς, ἔξω γέγονε πάσης ἁμαρτίας· καθὼς καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας συνωδᾷ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ φθεγγόμενός φησιν· *Ὅς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*. Κατὰ τὸν Ἡσαΐαν ἔχεις μίαν εἰκόνα· ἐλθέ μοι καὶ ἐφ' ἐτέραν εἰκόνα. Βλέπε διὰ τῶν τύπων λάμπουσιν τὴν ἀλήθειαν. Οἱ ὄφεις ἔδακνον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ὅτε λαὸς ὀλέθρῳ περιέπεσε. Φάρμακον εἰς σωτηρίαν Μωϋσῆς ἱκετεύει δοῦναι τὸν Θεόν. Ὁ Θεὸς ὑποδείκνυσιν τῷ θεράποντι φάρμακον εὐεργεσίας, καὶ φησιν· *Ποίησον ὄφιν χαλκοῦν, καὶ πῆξον αὐτὸν πρὸ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου*. Τί βούλεται τὸ ὑπόδειγμα; Ἄλλοι οἱ δάκνοντες ὄφεις, καὶ ἄλλος ὑπὲρ αὐτῶν σταυρούμενος. Τί βούλεται τὸ αἶνιγμα; τί ἐπαγγέλλεται ἡ σκιά τοῦ μυστηρίου^α; Ὡσπερ ἐκεῖ, φησὶν, ὁ τύπος, ἄλλων δακνόντων ὄφειν, ὁ μὴ δάκνων μηδὲ πλήξας προσήλωται τῷ ξύλῳ· οὕτω καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων, ὑπὲρ πάντων μέλλει πάσχειν ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναμάρτητος. Ὑπὲρ τῶν δακνόντων ὄφειν ἀναμάρτητος σταυροῦται· ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ὑποκειμένων θανάτῳ ὁ ἁμαρτία μὴ ὑποκείμενος προσηλοῦται. Ὅπερ μετὰ τῶν ἄλλων καλῶς προανεφώνησεν ὡδὲ πως Ἡσαΐας λέγων· *Ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ ἦλθεν εἰς θάνατον· καὶ, Ὁ Κύριος παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*. Ἀναμαρτυρῆσαι χρὴ πάλιν τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον. Ὡσπερ ἐκεῖ ἄλλοι οἱ δάκνοντες, καὶ ἄλλος ὁ πηγνύμενος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάντες οἱ ἁμαρτήσαντες, καὶ εἰς ὁ ὑπὲρ πάντων σταυρούμενος. Ἐχεις δευτέραν εἰκόνα· σκόπησόν μοι καὶ ἐτέραν εἰκόνα τρίτην· *Ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα*. Διὰ τί σταυροῦται χαλκοῦς ὄφεις; Ἵνα καταργηθῇ τὰ δῆγματα τῶν ὄφειν. Ἄλλο οὖν τὸ σταυρούμενον, καὶ ἄλλα τὰ καταργούμενα. Οὐχ ὁρᾷς τὴν ἐμφασιν τῆς ἀληθείας; οὐ βλέπεις ὡς ἐν κρυπτῷ γράμματι τὴν δύναμιν τῆς οἰκονομίας; Ἐσταυρώθη, φησὶν, ὄφεις, ἵνα καταργηθῇ τῶν δρακόντων τὰ δῆγματα· ἔσταυρώθη Χριστὸς, ἵνα καταργηθῶσι τῶν δαιμόνων αἱ ἐνέργειαι. Ἄλλος ὁ ὄφεις ὁ πηγνύμενος, καὶ ἄλλοι οἱ καταργούμενοι δράκοντες· ἄλλος ὁ ἐπὶ σταυροῦ Χριστὸς, καὶ ἄλλοι οἱ καταργούμενοι δαίμονες. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἡ εἰκὼν τοῦ ὄψεως τοῦ φαινομένου κατήργησε τὰ δῆγματα τῶν ὄφειν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ Χριστοῦ νέκρωσις τοῦ θανάτου γέγονε νέκρωσις, καὶ τῶν δαιμόνων καθάρσεις. Εἰκότως οὖν ὁ Σωτὴρ τὴν εἰκόνα πρὸς ἑαυτὸν ἀρμύζων ἔλεγε· *Καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτω δεῖ ὑψωθῆναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον*. Ἐχεις, ἀδελφὰ, μακάριον Μωϋσῆν καὶ ἐν ἐτέρῳ σχήματι τὸν σταυρὸν ὑπογράφοντα· καὶ ὥπως, ἀκουε. Δεῖ γὰρ περὶ σταυροῦ λέγοντας πολλὰς παραστήσαι τοῦ μυστηρίου τὰς θεωρίας. Ἐπέθεντό ποτε τοῖς

Ἰσραηλίταις ἀλλόφυλοι, κατὰ τὴν ἔρημον· Ἀμαλήκ δὲ ὄνομα τοῖς ἀλλοφύλοις. Ἀποστέλλει Μωϋσῆς Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, στρατηγῆσόντα τοῖς ὁμοφύλοις, καὶ ὀπλίξει μὲν τὸν διάδοχον ἑαυτοῦ, μένει δὲ [516] αὐτὸς ἐν τῷ ὄρει τὰς χεῖρας ἐκτείνων. Μωϋσῆς γάρ, φησὶν, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἤπλωσε τὰς χεῖρας αὐτοῦ· καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἂν ἐξέτεινε Μωϋσῆς τὰς χεῖρας, ἐνίκα ὁ Ἰσραὴλ· καὶ ἡνίκα ἂν κατετίθη τὰς χεῖρας ὑπὸ τοῦ σωματικοῦ βάρους νικώμενος, ἐνίκα ὁ Ἀμαλήκ. Τί βούλεται τὸ σχῆμα; Ὁ Ἰουδαῖος εὐθέως φοβούμενος, μὴ λάμπῃ διὰ τῆς εἰκόνης ἡ δόξα τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, Οὐδὲν, φησὶν, ὁ τύπος ἔχει τῶν παρὰ σοὶ μυθευμένων. Προσευχῆς ἦν ἐκεῖνο τὸ σχῆμα τύπος, οὐκ εἰκόνας, ὡς σὺ ὑπονοεῖς. Καὶ τί δὴποτε, εἴπερ ἀληθῶς ὅτι καρπὸς ἦν τῆς προσευχῆς ἡ νίκη, οὐ τῇ προσευχῇ τὴν νίκην ὑπέγραψεν ὁ λόγος (οὐ γὰρ εἶπεν ἡ Γραφή· Ἡνίκα ἡύχετο Μωϋσῆς· τοῦτο γὰρ ἦν γνωρίζοντος ἀληθῶς, ὅτι καρπὸς οὐκ ἦν τῆς προσευχῆς ἡ νίκη), ἀλλ' ἡ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ σχήματι τῶν χειρῶν; Ἡνίκα γὰρ καθῆκε Μωϋσῆς τὰς χεῖρας, ἡττάτο ὁ Ἰσραὴλ· ἡνίκα δὲ ἡπλου, ἡττάτο ὁ Ἀμαλήκ. Εἰ γὰρ τῆς προσευχῆς ἦν τὸ ἔργον, ἐχρῆν εἰπεῖν· Καὶ ἡνίκα ἡύχετο Μωϋσῆς, ἐνίκα. Ἀλλ', ὡς ἐφθην εἰπὼν, τὴν προσευχὴν παρενθέμενος, οὐχ ὡς ἄχρηστον, ἀλλ' ὡς ὀφείλουσαν παραχωρῆσαι τῇ εἰκόνι τοῦ σταυροῦ, τῷ τύπῳ καὶ τῷ σημείῳ τὴν νίκην ὑπογράφει. Ἡνίκα γὰρ ἡπλωσε Μωϋσῆς τὰς χεῖρας, ἐνίκα ὁ Ἰσραὴλ. Τί βούλεται ἀπλουμένη χεὶρ; Ἀναζωγράφησον παρ' ἑαυτῷ χεῖρας ἡπλωμένας, ἵνα ἴδῃς τοῦ προσκυνητοῦ σταυροῦ λάμπουσιν τὴν εἰκόνα. Ἀλλ' ἔκαμε, φησὶ, Μωϋσῆς· οὐ γὰρ ὑπούργησαν αἱ χεῖρες πρὸς τὴν εἰκόνα τῷ σωματικῷ βάρει νικώμεναι. Τί οὖν; Ἵνα μὴ λυθείσης τῆς εἰκόνης, λυθῇ καὶ ἡ νίκη, ἵσταται Ἀαρὼν καὶ Ὡρ, καὶ ἐκούφιζον αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἵνα μὴ ἡ εἰκὼν τοῦ σταυροῦ παρελθοῦσα καὶ παυσαμένη σθέσῃ τὴν νίκην. Διὰ τί δὲ ὅλως Ἀαρὼν καὶ Ὡρ τὰς χεῖρας ὑποστηρίζουσιν; Ἀαρὼν, ἀδελφοί, τὴν ἱερατικὴν ἐπέιχεν ἀξίαν· ὁ δὲ Ὡρ τῆς βασιλικῆς φυλῆς εἶχε τὴν συγγένειαν. Δορυφορεῖ τοίνυν τὴν εἰκόνα τοῦ σταυροῦ ἱερωσύνη καὶ βασιλεία. Καὶ ὥσπερ μεταμορφωθέντος τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ὄρει, ὤφθη Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, ἵνα δορυφορήσωσι τοῦ Χριστοῦ τὴν βασιλικὴν εἰκόνα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα Ἀαρὼν, τῆς ἱερατείας τάξιν ἐπέχων, δορυφορεῖ τὸν σταυρὸν, καὶ Ὡρ ὁμοίως τῆς βασιλικῆς ἔχων τὸ πρῶτον ἄνθος, δορυφορεῖ τὸν σταυρὸν. Ταῦτά μοι εἴρηται, ἵνα δείξω, ὅπως τοῖς πατράσι τοῖς ἀρχαίοις ἐκείνοις τῆς εὐσεβείας εἰσήγετο ἡ εἰκὼν, καὶ ἐτιμήθη καὶ ὁ τύπος τῆς οἰκονομίας. Εἰ δὲ οἱ προαναφωνοῦντες οὕτως ἐκήρυξαν ἐνδόξως, οὕτω προετύπωσαν ἐντίμως, ποίοις καὶ πόσοις^β ἡμεῖς καὶ πηλίκους στόμασι τοῦ Κυρίου τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἐνθεον οἰκονομίαν κηρύξωμεν; Οἶδα ὅτι πολὺς ὑμᾶς ἔχει πόθος τῶν δογματικῶν λόγων, καὶ τῶν τῆς θεολογίας κηρυγμάτων· ἀλλ' ἔστιν ἐκείνων ἀδελφὰ καὶ τὰ νῦν εἰρημένα. Τῆς γὰρ αὐτῆς ἐννοίας καὶ σταυρὸν κηρύξαι, καὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον ὑψῶσαι. Τοιγαροῦν καὶ τὴν [517] θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ὑμνήσῃς, καὶ τὴν οἰκονομίαν τιμήσῃς, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἀπόδειξιν τῆς εὐσεβείας.

δ'. Πλὴν ὅταν ἀκούσης σταυρὸν, ὅταν ἀκούσης σῶμα-

^β Post πόσοις Sav. in marg. addit σημείοις, εἰ προ κηρύξωμεν affert var. lect. δοξάσωμεν.

^α Reg. τοῦ μαρτυρίου.

τος οἰκονομίαν, ἀνάγαγέ σου τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ ὕψος τῆς του Μονογενοῦς ἐξουσίας. Μὴ τὸ σχῆμα τὸ διὰ σὲ γενόμενον ταπεινούτω σου τὸ φρόνημα, ἀλλ' ἡ φιλανθρωπία τοῦ σώσαντος ἀναγαγέτω σου τὴν διάνοιαν. Σταυρὸς μὲν γὰρ διὰ σὲ, ἀξία δὲ Θεοῦ δι' ἐαυτόν. Ἀξία δὲ Θεοῦ οὐχ ὑφούται λόγοις, οὐ καθαιρεῖται λόγοις· ἀλλ' οἱ καθαιροῦντες, ἐαυτῶν ἐργάζονται τὴν καθάρειν· οἱ δὲ ὑφούντες, ἐαυτῶν τὴν εὐτέλειαν εἰς ὕψος ἀνάγουσιν. Ὡς περ οὖν ἐφθήμεν εἰπόντες, ὅτι καὶ ὁ τὴν οἰκονομίαν, καὶ ὁ τὴν θεολογίαν ἀνυμνήσας, τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς χθὲς ἡμῖν γεγυμνασμένοις ἔλειπέ τι πρὸς τὸ, *Ἴνα γινώσκωσιν σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν*· καὶ πρὸς μὲν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἀπεδείχθησαν αἱ προφητεῖαι καὶ αἱ μαρτυρίαι τῷ Υἱῷ, ὅτι καὶ μόνος ἀληθινός· ἀναγκαῖον δὲ εἶναι καὶ σὴν ἐξετάσαι τῆς λέξεως τὴν θεωρίαν. Καί· τοι φησὶν ὁ αἵρετικός· Τί δὴ πάλιν ἔχεις καὶ πρὸς τὸ ἀπεσταλμένον εἰπεῖν; Ῥητῶς γὰρ ἀναγέγραπται· *Καὶ ἐν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*. Μὴ ὁ ἀποστείλας τῷ ἀποσταλέντῃ ὁμότιμον ἔχει τὴν ἀξίαν; Ταῦτα ἐάν μὲν τῇ λέξει δουλεύων ἀναγινώσκῃς, πολλάκις, ὡς προειρήκαμεν, πολλὴν εὐρήσεις ὡς ἀληθῶς πρὸς ἡμᾶς ἐναντιότητα, καὶ οὐ συμφωνοῦντα τοῖς αὐτοῖς λογισμοῖς τὰ καλῶς μὲν γεγραμμένα, κακῶς δὲ νενοημένα· ἐάν δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἀναλάβῃς τὴν ἔννοιαν, οὐδαμοῦ σοι πρὸς ἐναντιότητα περιτραπήσεται τὸ τῆς διανοίας ὅμμα, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγούμενον πρὸς ἀκριβῆ κατανόησιν. Τὸ γὰρ, *Ἀπεστάλη*, καὶ *Ἀπέστειλεν*, ἀνθρώπινα μὲν φέρει ῥήματα, θεῖα δὲ κηρύττει νοήματα. Οὕτε γὰρ ὁ ἀποστείλας ἀπὸ τόπων εἰς τόπους ἀπέστειλεν, οὔτε ὁ ἀποσταλὴς ἀπὸ τόπων εἰς τόπους ἦλθεν. Ἀλλ' ἀπέστειλε, φησὶν, ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ὡς μὴ παρόντα τῷ κόσμῳ, πρὸς ὃν ἐπέμπετο. Πῶς ἡ Γραφή φησὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο*; Πῶς οὖν ἦλθεν ὁ παρὼν, ἐφάνη ὁ λανθάνων; εἰ δὲ ἀληθῶς, ὡς ἀκούεις, μοῖς τὸ, *Ἀπέστειλε*, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὸν ἀποσταλέντα τούτοις ἐπιστῆναι τοῖς τόποις, οἷς μηδέπω παρῆν, καὶ τὸν ἀποστελλαντα ἐκεῖ πέμπειν, ὅπου μὴ πάρεστι. Πῶς οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν*; *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο*; Εἰ τοίνυν ἦν ἐν τῷ κόσμῳ, πῶς ἀποστέλλεται ἐν τῷ κόσμῳ; Οὐκ ἤκουσας αὐτοῦ λέγοντος, *Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος*; Τί οὖν βούλεται τὸ, *Ἀπεστάλη*; Ἀντὶ τοῦ, Ὡφθη, ἀντὶ τοῦ, *Διὰ σαρκὸς ἔλαμψεν*. Ἡ γὰρ ἀποστολὴ οὐ τὴν ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετάστασιν σημαίνει, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς ἀοράτου θεότητος εἰς ἐμφανῆ παρουσίαν. Οὕτε γὰρ ἐπιδημήσας τῇ γῇ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην οἰκονομίαν, τοὺς οὐρανοὺς [518] ἐκένωσε τῆς ἐαυτοῦ ἀξίας, οὔτε νῦν ἀναληφθεὶς κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάληψιν, τὴν γῆν ἔρημον κατέλιπε τῆς ἰδίας ἐπιστάσεως. Πάλιν ἐτέρως τὸν λόγον γυμνάσωμεν. Εἰ κατὰ τὴν λέξιν, ἀδελφοί, ὁ Πατὴρ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι ὁ ἀποστείλας τοῦ ἀπεσταλμένου χωρίζεται κατὰ τὴν ἰδίαν στάσιν. Εἰ μὲν γὰρ σὺν αὐτῷ ἐστὶ, περιττὸν τὸ, *Ἀπέστειλεν*· εἰ δὲ ἀπέστειλεν, ἀνάγκη κεχωρίσθαι, κατὰ τὴν τῆς λέξεως ἔμφασιν. Ἀλλ' οὐ δεῖ τῇ λέξει δουλεύειν, ἀλλὰ τῇ πίστει στοιχεῖν. Καὶ τίς ἡμῖν μαρτυρήσει λόγος, ὅτι ἐπὶ γῆς φανεῖς ἐν οὐρανοῖς ἦν; τίς δὲ μαρτυρήσει λόγος, ὅτι παρὰ Πατρὸς ἀπεσταλμένος

οὐκ ἐχωρίσθη τοῦ Πατρὸς; Εἰ ἀπεστάλη εἰς τὸν κόσμον, κατὰ τὴν λέξιν, εἰ ὁ πέμψας τοῦ ἀπεσταλμένου χωρίζεται, πῶς ἔλεγε, *Ἐγὼ ἐν Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*; πῶς δὲ πάλιν ἔλεγε, *Καὶ ὁ πέμψας με Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν*; Ὅρας ὅτι ἡ φύσις οὐ χωρίζεται· ἡ δὲ οἰκονομία τὸ σχῆμα τῆς ἀποστολῆς ἐνδείκνυται. Τί οὖν βούλεται τὸ, *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου*; Εἰ γὰρ σὺν αὐτῷ ὁ Πατὴρ, διὰ τί ἀναβαίνει; Ἡ ἀνάστασις τὴν οἰκονομίαν ἐρμηνεύει, τοῦ σώματος τὴν ἀνάληψιν, οὐ τῆς θεότητος τὴν διάστασιν. Θέλεις δὲ μαθεῖν, ὅτι ὥς περ ἐπιδημήσας τῇ γῇ, τοὺς οὐρανοὺς οὐ κατέλιπεν, οὔτε τοῦ Πατρὸς ἐχωρίσθη, οὔτω καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθεὶς, τὴν γῆν οὐ κατέλιπεν ἔρημον; Ὁ εἰπὼν πρὸς τοὺς ἐαυτοῦ μαθητάς, *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, ἀλλὰ ἀνέρχομαι*, ὅθεν κατήλθον, πρὸς τὸν Πατέρα μου· ὁ αὐτὸς πάλιν πρὸς ἐκείνους λέγει· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*. Τὸ οὖν, *Ἴνα γινώσκωσιν σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ἐν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*, διπλὴν ἔννοιαν ἔχει, καὶ μάχαιραν διπλὴν· τὴν μὲν κατὰ τῆς εἰδωλολατρίας ὀπλιζομένην, τὴν δὲ κατὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπειθείας παραταττομένην. Μόνον μὲν γὰρ ἀληθινὸν Θεὸν λέγει, ἵνα τὰ νεκρὰ εἰδῶλα στηλιτεύσῃ· ἀπεσταλμένον δὲ Ἰησοῦν Χριστόν, ἵνα τοὺς τὴν οἰκονομίαν ἀρνούμενους ἐπιστομίῃ· ἐκλάμβανε τοίνυν τὰ ῥήματα πρὸς τὴν ἔννοιαν, καὶ μὴ ὕβριζε τὴν ἀξίαν διὰ τὴν λέξιν.

ε'. Ἴνα δὲ μάθῃς ἀκριβῶς, ὅτι τὸ ἀπεστάλθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐ τὴν ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετάστασιν σημαίνει, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας τὴν φανέρωσιν· περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ λέγει τὸ Εὐαγγέλιον, τοῦ ἀπὸ γῆς ὄντος, καὶ ἐπὶ γῆς φανερωθέντος· *Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ*. Ἀρα ἀπ' οὐρανῶν ἀπεστάλη Ἰωάννης; Ἄρα ἀνωθεν ἐλήλυθε; Πῶς οὖν ἐλήλυθεν; Εἴτα ἄνθρωπος μὲν ἀποστελλόμενος οὐκ ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετέστη, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν ἐνεχειρίσθη· ὁ δὲ Θεὸς Λόγος, ὁ πάντα πληρῶν, ἐὰν εἴπῃ ἐαυτὸν ἀπεσταλμένον, τὴν φύσιν ὕβρισε, καὶ οὐ τὴν οἰκονομίαν ἐμήνυσεν; Ὅρα αὐτὸν, ἀδελφε, καὶ πληροῦντα τῆς σαρκὸς τὴν οἰκονομίαν, καὶ μὴ καθαιροῦντα τῆς θεϊκῆς δυνάμεως τὴν ἀξίαν. Καὶ τὸ ἱερατικὸν σχῆμα· *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ παρακαλέσω αὐτόν, καὶ Παράκλητον πέμψει ὑμῖν* [519] *τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*. Εἰ ἀναβαίνεις ἄνω, καὶ παρακαλεῖς, καὶ παρακαλῶν δυνάμεις, καὶ μετὰ τὴν παράκλησιν ἀποστέλλεις τὸ Πνεῦμα (παρακαλῶ γὰρ, ἔφη, καὶ πέμπω), τίνας ἐνεκεν πρὸς τῆς ἀναβάσεως λύεις τὴν τοῦ Πατρὸς αὐθεντίαν; Εἰ μὴ αὐθεντεῖς κατὰ τὴν θεϊαν ἀξίαν, ἀλλ' ἀναμένεις ἀνελθεῖν πρὸς τὸν Πατέρα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ παράκλησιν καὶ ἰκεσίαν προσάγειν, καὶ οὔτω λαβεῖν τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν, καὶ εἰς πᾶσαν ἐκπέμψαι τὴν οἰκουμένην, τίνας ἐνεκεν πρὶν ἀναβῆς, πρὶν παρακαλέσῃς, οἰκειάν ἐνδείκνυσαι τὴν αὐθεντίαν; διὰ τί πρὸς τῆς ἀναλήψεως, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἐνεφύσησας εἰς τὰ πρόσωπα τῶν ἀποστόλων, καὶ λέγεις, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*; Ὁ αἰτεῖς παρὰ Πατρὸς, πρὶν ἰκετεύσῃς Πατέρα, δίδω. Οὐκοῦν εἰρωνεύῃ τὴν αἵτησιν; Οὐκ εἰρωνεύομαι, φησὶν· οὐκ ἐστὶ γὰρ εἰρωνεία παρὰ τῇ ἀληθείᾳ· ἀλλὰ τὸ μὲν ἡρμύεται τῇ ἀξίᾳ, τὸ δὲ πρέπει τῇ οἰκονομίᾳ. Διὰ τί οὖν ἐνεφύσησας εἰς τὰ πρόσωπα τῶν ἀποστόλων; Ἔδει με, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, τὴν ἀπαρχὴν τῆς ζωῆς τῷ κόσμῳ χαρίσασθαι. Ἐπειδὴ

cta est, sensus tuos deprimat, sed benignitas illa Christi, qui te servavit, mentem tuam extollat. Crux quidem propter te, majestas vero Dei propter ipsum. Majestas divina nulla oratione amplificari, nulla etiam dejici potest: sed qui dejicere student, seipsos dejiciunt; qui vero Deum laudibus evehunt, se licet indignos in altum extollunt. Quamobrem, ut prius dicebamus, qui incarnationem, qui theologiam laudat, in hac sententia versatur: quoniam vero aliquid de erat iis, quæ heri tractavimus, circa illud quidem, *Ut cognoscant te solum verum Deum et Dominum Jesum Christum* (Joan. 17. 3); ac circa illud quidem, *Solum verum Deum*, prolatae sunt prophetiae et testimonia quod Filius solus verus Deus sit; necessarium existimo illius dicti vim explorare. Atqui, ait hæreticus, quid potes de missione illa dicere? Diserte enim scriptum est, *Et quem misisti Jesum Christum*. An qui misit parem cum misso sortitur honorem? Hæc si ita legas, ut literæ servias, ut supra diximus, sæpe dissidebis a nobis, neque rationi congruentia deprehendes ea, quæ bene quidem scripta, sed male intellecta sunt; si vero sententiam secundum rei veritatem accipias, nusquam tibi in contrarium vertetur mentis oculus ad accuratam intelligentiam a Spiritu sancto directus. Verba enim hæc, *Missus est*, et, *Misit*, humana quidem sunt, at divinos quosdam sensus declarant. Neque enim et qui misit, ex locis in loca misit, neque is qui missus est, ex locis in loca venit. Atqui, ait hæreticus, Pater Filium misit in mundum, quasi qui in mundo præsens non esset, ad quem mittebatur. Quomodo Scriptura de ipso Domino ait, *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est* (Joan. 1. 10)? Quomodo ergo venit qui aderat, apparuit qui latebat? Quod si vere illud, *Misit*, ita intelligis ut audis, necesse omnino est, eum qui missus fuit, in iis constitui locis, in quibus nondum præsens erat, et mittentem eo mittere, ubi non aderat. Quomodo igitur evangelista dicebat, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil? In mundo erat, et mundus per ipsum factus est* (Joan. 1. 3). Si itaque in mundo erat, quomodo mittitur in mundum? Non audisti eum dicentem, *Cælum et terram ego impleo, dicit Dominus* (Jer. 23. 24)? Quid ergo sibi vult illud, *Missus est*? Id est, visus est; per carnem illuxit. Missio enim nullam de loco in locum profectionem indicat; sed ex invisibili divinitate in conspicuam præsentiam. Neque enim cum in terram secundum humanam naturam et per œconomiam venit, cælos sua majestate vacuos reliquit, neque nunc post carnis assumptionem, terram reliquit sua administratione vacuum. Iterum rem alio modo excutiamus. Si secundum literam, fratres, Pater misit Filium in mundum, palam est mittentem a misso secundum propriam stationem separatam esse. Nam si cum ipso est, supervacaneum est illud, *Misit*: sin vero misit, necesse est separatam esse, si quidem verbi vim respicias. At nequaquam serviliter oportet verbis hærrere, sed cum fide procedere. Et quis nobis testificabitur, eum, qui in terra apparuit, etiam in cælis fuisse? quis sermo testificabitur, eum a Patre missum a

Patre separatam non fuisse? Si missus est in mundum, ut scriptum est, si qui misit a misso separatur, quomodo dicebat, *Ego in Patre, et Pater in me*? ac rursus quomodo dicebat, *Et qui misit me Pater, mecum est* (Joan. 14. 11. et 8. 16)? Vides naturam non separari: œconomia autem sive incarnatio missionis speciem ostendit. Quid ergo sibi vult illud, *Ascendo ad Patrem meum* (Joan. 20. 17)? Si cum ipso Pater est, cur ascendit? Ascensio illa humanam Christi œconomiam interpretatur, corporis assumptionem, non separationem a divinitate. Visne discere, eum sicut cum in terram venit, cælos non reliquit, neque a Patre separatus est, sic etiam, cum in cælos assumptus est, terram non reliquisse? Qui dixit discipulis suis, *Et ecce ego vobiscum sum*, sed, *ascendo*, unde descendendi, *ad Patrem meum*: idem ipse ait illis, *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth. 28. 20). Illud igitur, *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*, sensum habet duplicem, duplicemque gladium: aliud contra idololatriam armatum, aliud contra Judaicam incredulitatem comparatum. Solum enim verum Deum dicit, ut mortua idola traducat; missum autem Jesum Christum, ut iis qui incarnationem negant, os obstruat. Verba igitur secundum sensum accipe, ac ne propter literam majestati contumeliam inferas.

5. Ut autem accurate discas, missionem a Deo non mutationem a loco in locum significare, sed incarnationem declarare: de Joanne Baptista, qui de terra erat et in terra apparuerat, ait Evangelium: *Fuit homo missus a Deo* (Joan. 1. 6). Num Joannes de cælo missus est? num de supernis venit? Quomodo ergo venit? Atqui homo missus, non a loco in locum translatus est, sed illi aliquid administrandum commissum fuit; et Deus Verbum, qui omnia implet, si dicat se missum esse, naturam suam contumelia afficiet, neque ita incarnationem suam sive œconomiam indicabit? Vide illam, frater, et carnis œconomiam implentem, et divinæ potestatis dignitatem non tollentem de medio. Et sacerdotale munus sic declaratur, *Ascendo ad Patrem meum, et rogabo eum, et Paracletum mittet vobis Spiritum veritatis* (Joan. 20. 17. et 14. 16. 17). Si ascendis sursum, et rogas, et rogans impetras, ac post rogationem mittis Spiritum (nam rogo, ais, et mitto), cur ante ascensionem Patris auctoritatem tollis? Si non cum auctoritate secundum divinam dignitatem agis, sed expectas donec ascenderis ad Patrem in cælum, ut preces supplicationesque offeras, et sic acceptam Spiritus gratiam in totum orbem mittas, cur antequam ascenderes, antequam rogares, propriam ostendisti auctoritatem? cur ante ascensionem, cum resurrexisses ex mortuis, insufflasti in facies apostolorum, et dixisti, *Accipite Spiritum sanctum* (Joan. 20. 22)? Quod petis a Patre, id das, antequam ab eo petas. Ergo simulas, dum petis: Non simulo, inquit; nulla enim apud veritatem simulatio; sed aliud dignitati convenit, aliud incarnatum decet. Cur ergo insufflasti in facies apostolorum? Me oportebat, inquit Servator, postquam ex mortuis resurrexeram, primi-

tias vitæ mundo largiri. Quia enim Adam formatus acceperat spiraculum vitæ (*Inspiravit enim Deus in faciem Adami, et factus est in animam viventem* [Gen. 2. 7]), id quod ille acceptum perdidit, hoc ego præsens revoco. Lapsus erigo, corruptum renovo, mortuum vivifico. Testis est incarnationis propheta ille qui meam insufflationem prædicavit. Et quis propheta exclamando hanc sanctam insufflationem prænuntiat? Audi, inquit, prophetam ex illis duodecim cui nomen Nahum, dicentem: *Celebra, Juda, festa tua, redde Deo vota tua. Non amplius adjicient venire ad vetustatem* (Nahum. 1. 13). Prima illa *Consummata sunt*, inquit; *Non amplius adjicient venire ad vetustatem*. Novam illo gratiam annuntiat, quia vetera desierunt: nova florent. *Celebra festa tua*. Cur dicit, *Celebra*? Quia in festo Paschæ resurrectio futura erat. *Celebra*, inquit, *Juda, festa tua, redde Deo vota tua. Non amplius adjicient venire ad vetustatem; consummata sunt, sublata sunt*, id est, prima finem habent. Cur prima finem habent? *Ascendit enim de terra qui insufflavit in faciem tuam, et ex omni afflictione liberavit* (Nah. 2. 1). Sed ad rem iterum redeamus, *Celebra, Juda, festa tua, redde Deo vota tua. Non amplius adjicient venire ad vetustatem*. Quænam festa? Illa enim vetera novorum imaginem ferebant. Prima dies Azymorum, quæ accurate explorantibus imago passionis est. Post hanc dies Pentecostes, quæ imago et ipsa fuit adventus sancti et adorandi Spiritus. Festum Tabernaculorum, quod imago tabernaculorum cælestium erat. Hinc Dominus demonstrare volens, quandoquidem illa tabernacula temporanea sunt, esse illa figuram futurorum tabernaculorum, dicebat divitibus hujus mundi: *Facite vobis amicos ex mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* (Luc. 16. 9). Temporanea igitur tabernacula æternorum figura tabernaculorum erant. Quoniam ergo Christi œconomia seu incarnatio veteres figuras implebat, novamque illam gratiam florentem reddebat, probe propheta prænuntiat dicens: *Celebra, Juda, festa tua, redde Deo vota tua*; id significat illud, *Non amplius adjicient ut veniant ad vetustatem*. Renovata sunt enim vetera per gratiam, *Consummata sunt, sublata sunt*. *Ascendit enim ex terra qui insufflat in faciem tuam, et qui te ex ærumnis eripit*. At Nahum propheta Dominum gratiam inspirantem tibi nude exhibuit; Isaias autem alio modo eum qui ex mortuis surrexit et Spiritum sanctum suis elargitur, prænuntiat his verbis: *Recordatus est dierum æternorum qui eduxit de terra pastorem ovium. Et loco illius, Insufflavit in faciem eorum, statim subjunxit: Qui posuit in eis Spiritum sanctum* (Isai. 63. 41). Divina dignitas, divina nuncupatio, regia majestas, intemerata gloria, incomprehensibilis virtus, qui cum Patre conglorificatur, cum Filio regnat, qui operatur omnia, et divina munera singulis dividit, prout vult. Hæc bene novi Ecclesiæ domesticos robore, mordereque ac disrumpere inimicos ejus, maximeque piæ religionis hostes, qui cum Patre et Filio conglorificare Spiritum sanctum recusant. O miseriam! Ne ea quidem quæ sortiti sunt ipsi, volunt tri-

buere Spiritui sancto. Apostolus autem de se, deque sui similibus dicebat, *Si compatimur, etiam conglorificabimur* (Rom. 8. 17). Paulus conglorificatur cum Deo, et Spiritus non conglorificatur? Mortalis natura in tantam sublimitatem evehitur, ut cum Christo glorificetur, et adorandus Spiritus, nec iisdem nobiscum muneribus fruatur? De iisdem hominibus ait idem apostolus, *Si compatimur, et conregnabimus* (2. Tim. 2. 12); et Spiritus sanctus non regnabit cum Christo? O ingratum animum! o insaniam intolerandam! o sententiam impiam, et ingentem blasphemiam, plagamque incurabilem! Nos expectamus conregnaturos nos esse; et Spiritum sanctum in servi ordinem redigemus?

6. Hæc porro dicimus, fratres, non quod Spiritus sanctus ita debeat cum Christo conglorificari, ut nos conglorificamur, sed ut impietatem eorum confutemus, qui nec tantum quidem ipsi tribuere dignantur. Propitius sis nobis, Domine, circa ea quæ diximus. Licet enim impiorum dicta simpliciter et verborum tenus tantum repetamus, attamen nemo, fratres, putet hinc contumeliam Spiritui sancto inferri, quod eorum contumeliæ repetantur. Illas enim in medium proferimus, non ut impietati assentiamur, sed ut errorem traducamus, et pietatis alumnos a prava illa doctrina avertamus. Etenim apostoli, qui Dominum amabant, et ejus majestatem viderant, Judæorum contumelias in sacris Evangeliiis referre non dubitarunt. Itaque scripta ibi sunt quæcumque ausi sunt illi de Christo dicere, quod peccator esset, quod ex Deo non esset, quodque coram eo ausi sint dicere, *Samaritanus es tu, et dæmonium habes* (Joan. 8. 48). Verum Scriptura non scriptores accusat, sed blasphemos. Audi Spiritus vim et efficaciam, audi apostolorum laudes, eorum sequere doctrinam, sectare patrum vestigia; ne ex profanorum vestigiis in errorem deducaris: Trinitatem adora, Trinitatem glorifica, Trinitatem prædica. Ita sentiunt prophete, ita prædicant apostoli, ita credunt martyres. Audi Paulum Trinitatem prædicantem: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus; divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus* (1. Cor. 12. 4-6). Cur non incipit a Patre? cur non primo illum prædicat, deinde Filium, demum Spiritum sanctum? Invertisne ordinem, Paule? mutasne seriem? Dum Servator ita tradiderit, *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. 28. 19), tunc solvis theologiæ legem? Verum absit ne quid tale unquam de Paulo cogitemus. Sanctus enim ille et admirabilis præco, hoc probe noverat, se etiamsi Spiritus primo meminisset, nihilominus theologiam illæsam servare, neque inconfusam naturam contumelia afficere neque dividere indivisibilem dignitatem. Spiritum primo memorat, ut ostendat, Spiritum, etsi postremus scribatur, non hinc ultimum et postremum effici. Quia enim illi prave interpretantur non connumerantes, sed posteriori ordine numerantes post Patrem Filium, post Filium Spiritum sanctum (primus enim, aiunt, Pater, secundus Filius, tertius Sy-

